



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lv dovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1625**

§. 1. Tres sumptus in quibus splendet magnificentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39637**

Diuitia  
cum sapen-  
tia.  
Ecc. 7. 11.

dinantur. Sed idem donum etiam in se includit *Sapientiam*, quæ docet bene uti diuitiis, comitando ipsam beneficentiam in suis actionibus. Et idem Ecclesiastes adiecit: *Utilior est sapientia cum diuitiis, & magis prodest videtur solum. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia, hoc autem plus habet eruditio & sapientia, quod vitam tribuunt possessori suo; ac propterea sine ea, pecunia est parua utilitatis: Sed utraque simul coniuncta, opera faciunt regia magnificentia digna: qualia fuerunt ipsiusmet Salomonis, qui incredibiles fecit expensas, non prodigas, sed verè magnificas: quia omnes fuerunt cum magna sapientia ordinata, ut paulatim explicabitur.*

§. I. *Tres sumptus in quibus splendet magnificentia.*

r.  
a 3. Reg. 6.  
& 8.  
b 2. Mac. 2. 9  
Templa ex-  
ornanda.  
c 1. Reg. 10.  
11. 27.

d 1. Par. 16.  
2. 9.  
A 1. ad dicitio-  
eorum qui  
templa ne-  
gligunt.  
c 2. Reg. 1. 4.

**P**RIMUM: magnas hic Rex a templum quoddam ædificauit Deo sumptuosissimum, quod fuerit in toto mundo; illudque cum summa pompa & innumeris sacrificiis dedicauit. Nam, ut scriptura ait: *b magnifice sapientiam tractauit*, quemadmodum decebat ipsam Dei magnitudinem, cui seruiebat: nec propterea pauper est effectus; sed potius ditatus. Nam, cum se ostenderet gratum Domino, a quo diuitias accipiebat, idem illas multiplicabat, eiusque rebus prosperos euentus concedebat, & *c nauibus quæ aurum ex Orphir portabant: & tanta erat abundantia argenti in Ierusalem, quanta erat lapidum*. ut Principes intelligant, si fuerint liberales & magnifici erga Deum, ædificantes & exornantes illius templa; & præbentes, quæ ad illius cultum sunt necessaria, non propterea illos in paupertatem deuenturos; sed potius multo amplius ditandos. Quod si qua via ad paupertatem deuenitur, ea est, auferre ea quæ sunt Ecclesiarum, & parcos se ostendere, in offerendo Deo, quod ipse illis dedit; & negligendo quæ ad ipsius diuinum cultum pertinent. Hæc prima fuit culpa Regis Asa, ob quam decidit à magna familiaritate, quam cum Deo habebat, *d quia accepit argentum & aurum de thesauris domus Domini, misitque ad Regem Syria, ut fœdus cum eo iniret*, sed clarius adhuc ipsemet Dominus significauit, cum Principes populi sui negligerent reparare templum Ierusalem, sub eo prætextu, quod nondum venisset tempus domus Domini ædificandæ: *e Nunquid tempus vobis est, ut habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta? Et nunc hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras. Semina stis multum & inulistis parum; comedistis, & non estis satiati, bibistis, & non estis inebriati; operuistis vos, & non estis calefacti, & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. Hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras: Ascendite in montem, portate ligna, & ædificate domum: & acceptabile mihi erit, & glorificabor, di-*



cit Dominus. Respexisti ad amplius, & ecce factum est minus: & intulisti in domum, & exufflavi illud: quam ob causam, dicit Dominus exercituum? quia domus mea desertata est, & vos festinatis unusquisque in domum suam. Propter hoc super vos prohibuit cæli, ne daret rorem, & terra prohibita est, ne daret germen suum: & vocavit siccitatem super terram, & super montes, & super triticum, & super vinum, & super oleum, & quacunq[ue] profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuum. Hæc omnia sunt verba Prophetæ Aggæi: & cum populus eius consilium sequens cœpisset ædificare domum Domino, exponentes in eam rem facultates suas: Deus quoque cœpit eas multiplicare. solennis enim est Deo hic mos, vt parcum se ostendat erga parcos, liberalem erga liberales; & magnificum cum magnificis.

SECUNDVM in quo Rex Salomon magnificentiam, sapientiamque suam manifestavit, fuerunt sumptus in auctoritatem subijpsius, & totius domus & aulae, & in bonam sui regni gubernationem facti. ædificavit enim domum suam, & domum saltus Libani, designando ac distribuendo officia earum, famulis suis & alijs subditis, cū tanta liberalitate & prudentia: vt cum Regina Saba, visitandi causa, ipsum accessisset, ait scriptura diuina: *quod videns omnem sapientiam Salomonis & domum, quam ædificauerat, & cibos mensæ eius; & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestesque eorum, & pincernas, & holocausta, quæ offerebat in domo Domini: non habebat ultra spiritum.* Et beatos dicebat seruos eius, qui stabant coram ipso, audiebant sapientiam eius, & glorificauit Deum, qui ipsum ita exaltasset super omnes Reges terra diuitiis & sapientia. Verè enim Deo placet, quod Principes & Magnates suas domus & statum suum ea magnificentia tractent, quæ decet gradum & qualitatem ipsorum; & ea sapientia omnia distribuunt, ac ordinant, vt omnes extranei obstupescant: modò tamen sumptus, quos faciunt, redditum suorum quantitate metiantur. Non enim esset prudentiæ, plus exponere, quam habent; aut quicquid habent in huiusmodi res exponere; aut quod superest sine consideratione abijcere: cum deceat aliqua relinquere pauperibus & indigentibus liberaliter distribuenda: ostendentes etiam Christianam magnificentiam in Eleemosynis cum ea liberalitate & largitate faciendis, quam Sanctus quidam Rex *g Dei misericordiam* appellauit, regiam scilicet misericordiam, & donum magnificentum: propterea enim voluit Deus ipsos habere, h plurima, vt & plurima dare possent. Cogitent, Regem cæli, dno prodigiosa conuiuia in deserto instituisse: in quibus, i cum quinque aut & septem panibus, & paucis piscibus multa hominum millia pascens, magnificentiam suam ostendit: ita illos sustentans, vt postquam laturi essent, multum superfuerit. Nec tamen propterea voluisse, vt qua superessent fragmenta perirent; sed iussit illa colligi, vt alijs esurien-

Deus cum  
fenore red  
dit.

2.

Magnifici  
sini in sta-  
tum.

13. Ceg. 20.

4. 23.

3.

Eleemosy-  
nas non ne-  
gligant.

12. Reg. 9. 3

in Tob. 4. 9.

1 Ioan. 6. 13.

& Mar. 8. 3.



Traff. 1. c. 9.

S. Tho. 2. 2.

q. 2. ar. 6.

S. 10.

Ne sint pro  
digales.

2. 2. q. 119.

a. 1. ad 3.

a. 2. ad 1.

[Eph. 1. 4.

Superbiam

Et luxuriam

deiciunt.

m. l. ar. 15.

1.

m. Mat. 4. 9.

Iniustitia.

Avaritia.

2. 2. q. 119. a.

1. 7.

tibus possent distribui. Ut Principes, ac diuites omnes intelligat. quam larga manu deceat eos distribuere, quæ habent, sicut supra est dictum: & simul, quod non debeant frustra abijcere, quæ illis superflua sunt, sed seruare, ut alio tempore distribuant, in quo, quod nunc superest, erit necessarium. Ex quo intelligitur, ijs, qui liberales se esse gloriantur & magnificos, curandum esse in suis sumptibus & expensis non incidere in extremum prodigalitatæ, quæ solet aliàs propria esse possidentium multas diuitias, sine dono sapientie ac discretionis: quia separant dona, quæ Deus voluit esse coniuncta. Quod, ut plurimum procedit, teste S. Thoma, ex duabus corruptis radicibus, voluptate sc. carnis, & superbia vitæ, quæ occultant aliquando ipsam prodigalitatem pallio magnificentie, dum nimios faciunt sumptus in cultu vestium conuiuijs, lusijs, recreationibus, alijsq; donarijs nimis magnis, quales fuerunt sumptus Regis Assueri, ut ostenderet diuitia glorie regni sui, ac magnitudinem & iactantiam potentie sue. Quæ etsi videatur magnificentia larua tamen potius est, & species eius; in rei tamen veritate est superbia & iactantia, & laruata sensualitas, aut mundana & diabolica magnificentia, quæ diuitiis vitur ad indulgendum carnis voluptatibus, quemadmodum in filijs prodigis, aut pompis huius mundi, sicut detestandus eius Princeps: qui cum summa prodigalitate, obtulit omnia regna mundi Christo Domino, sed adens in terram ipsum adoraret. Ex quibus adeo deprauatis radicibus, qui fructus prodire posset, nisi duo æque deprauati atque ipsæ sunt: alter fructus est, quod labatur in quædam valde inordinata contra prudentiam & iustitiam, cum acceptione personarum: nam inanis magnificentia ac prodiga, facit Principes expendere & effundere plus, quam possunt; & ea, quæ non expedit, & personis indignis, cum periculo auferendi ea ijs, qui erant promeriti. Imò, ut etiam non satisfaciant ei, quod ex iustitia debent suis domesticis & famulis, dantes prohibitu quibus volent: quod eis aliàs non debent; ut famam & nomen liberatum obrineant. Ex quo alterum magis perniciosum damnum oritur, commutata scilicet prodigalitate in extremum avaritia: nam ex nimis huiusmodi sumptibus rediguntur ad inopiam & necessitatem, quæ immittit cupiditatē, inordinate querendi diuitias, etiam alienas, ut suis necessitatibus subueniant.

## §. II. Avaritia Principum Damna.

**A**VARITIE extremum, teste Sancto Thoma, perniciosius est prodigalitate. nam prodigus in hoc minus malus est, quod non videatur tenere suas diuitias auare; & ex eis benefacit alijs, licet rationis limites transgrediatur. Avarus autem adeo inordinatum ad pecunias affectum retinet, ut non velit eas expendere